actis Instituti nostri Romani. Palma titulis a Delfico relatis aliquoties ex sua notitia origines adscripsit, praeterea ex eo potissimum pendet, pauca nova adiecit. — Editionem meam priorem officiose adiuvit Udalricus VALÌA Teramensis adulescens tum gnavam et laudabilem operam collocans in colligendo lapidario Aprutino, cuius operis prima stamina exhibet edita epistula eius ad Kestnerum (*al Sig. Kestner lettera di Ulrico Valìa*. Terami Apr. 1846. pp. 10. 4), ipsum mors auctoris immatura abrupit. — Ultimus Pancratius PALMA libello de Interamnia (*compendio della storia civile del Pretuzio detto nei bassi tempi Aprutium, al presente compreso nel distretto di Teramo*. Terami 1856) inscriptiones ita inseruit, ut ante editas ex Delfico et Palma repeteret, his subiceret paucas postea repertas.

5060 [= 906*] Terami ex ruderibus amphitheatri domo Gaspari TVLL.; in fundamentis aedium Gaspari in antiquo amphitheatro rep. neque inde extracta ob molem DELF. Frustra quaesivit DRESSEL.

*m*ARTI · PACIFE*ro*

Alexander Tullius exscripsit Antinorio; Delfico p. 80. 113.

MARTI · PACIFERO Delf. Non ausus sum titulum inter spurios reicere, postquam Tullii testimonium accessit.

5061 [= 6146] Interamniae in museo Delfici DELF. Nunc in curia.

T · ATTIVS T L · ATIANVS

solea solea

EX · VICTORIAE

SAC · MATR · MAG · VESTINAR

Recognovit Dressel. Delfico p. 115. Henzen 5831.

Supra quod excepit Dressel T/.. videtur fuisse T·L. — ATTIANVS Delf. — Infra VESTINAR Delf., VES/INAR Dressel. — Lectio satis certa est, in interpretatione haeret aqua. Sacerdotes matris magnae viros oppidatim creatos esse notum est; sed neque Vestini rem publicam effecerunt et multo magis offendit genus femininum. Soleae cum soleant sic incidi ob iter feliciter absolutum, adscriptio fortasse significat Attium rediisse ex Victoriae portu sito in Scotia.

5062 [= 6145] ara Interamniae in S. Laurentii NEAP. Deinde in hortis Delfici DELF. DRESSEL.

urceus SILVANO SACRVM patera

Recognovit Dressel. A. S. Mazochi ab Io. Ant. Sergio; cod. Neap. 135; Delfico p. 82. 113.

Ad hanc respiciens Campanus in epistula, cuius meminimus n. 5076, inter 'alia vestigia ultimae antiquitatis' quae Terami essent, recenset 'sacellum Sylvani'.

5063 tabula ex marmore *cipollino* longa cent. 35, alta cent. 14, litteris miniatis, rep. a. 1873 loco antiquo clavo affixa ad altitudinem metr. $2^1/_2$ parieti camerae subterraneae ex rupe excisae a Teramo 4 chiliom. Asculum versus ad ripam torrentis Venacorvo, ibi ubi iam pons extruitur, ad vicum Putignano. Nunc Terami in curia.

A · N V M I S I V S
MONTANVS · EX
VISO · SILVANO · P · D

Recognovit Dressel. F. Barnabei *Giorn. degli scavi di Pompei* 3 (1874) p. 21; Conc. Rosa *Bull. dell' Inst.* 1875 p. 45.

5064 [= 6190] Interamniae in museo Delfici DELF. Nunc in curia.

rosa rosa
POLYBIVS
AVGVST
TABVLARIVS
ORDI/ RII

Recognovit Dressel. Delfico p. 137.

5065 [= 6173] litteris antiquioribus. Prope Interamniam rep. a. 1832 in loco dicto *Contra*, in agro Francisci Gaspari, postea in museo Delfici PALMA. Iam Terami in curia.

c · C A E S I V S *c f*
V E L · T V B I C E *n*
e X T E S T A M E N T *o*
FIERI · IVSIT · AR*bitr* sic
C · CAESI · C · L · HC//
VC · CAESIVS · C · L · PHIL//
C · ////HO/

Recognovit Dressel. Palma *Bull. dell' Inst.* 1832 p. 209, *storia* I p. 49. V p. 130; descripsit Valìa.

5066 [= 6148] Interamniae rep. a. 1790 in regione S. Leonardi in fundamentis aedium Corolla 16 palm. sub solo PALMA I, 16. In museo Delfici DELF. Hodie in curia.

T · STATIO · T · F · VEL
PRAETVTTIANO
PRAEFECTO · COH · II
BREVCORVM · TRIBV
COH · II · HISPANORVM
EQ · C R
C · STATIVS · PRAETVTTIAN
FRATER
L · D · D · D

Recognovit Dressel. Delfico p. 118. Henzen 6764.

5067 [= 6150] litteris maioribus et antiquioribus DRESSEL, cum posterioris aevi eas esse iisdem verbis scribant ANT. et DELF. Olim ad Castellum de Torricella secundo lapide a Teramo, deinde in museo Delfici. Nunc in curia.

L · AGVSIVS · CN · F · L · N · MVSSVS
C · ARRENVS · T · F · RVFVS
OCTO · VIRI · ITERVM
BALNEAS · REFIC · D · C · S · C

Recognovit Dressel. Antinorius ms. qui vidit; Delfico p. 122. Henzen 7124.

3 'VIRI potius quam VIRI' Dressel.

5068 [= 6147] Interamniae in museo Delfici DELF. Hodie in curia.

A T T I A E P F I L
M A X I M A E
S A C E R D O T I
AVGVSTAR
TI · CLAVD · VITALIS
VXORI · *OPTIMAE*
L · D · *D* · *D*

Recognovit Dressel titulum hodie certe totum detritum. Delfico p. 116. Henzen 5976.

1 P (hasta sola certa est; cf. n. 5061) om. Delf. — Quae Dressel non agnovit, dedi inclinatis.

5069 [= 6151 = 6212] Castello di Torricella secundo lapide a Teramo in ecclesia parochiali ANT. Nunc posterior pars est in domo Delfici, priorem prope Interamniam ad villam V. Portae vidit Valìa.

DIPHILVS · SEDILIA · AEDICLAS

Alterum fragmentum recognovit Dressel. Utrumque refert Antinorius exscripta sibi a Delfico, prius praeterea fortasse descripsit Valìa.

OPHILVS · P Valìa.

5070 [= 6162] Interamniae in museo Delfici DELF. Iam in curia imminuta.

T · L · ELEVTHE
T · *L* · *PAMPHILVS* · RVC
V · VIR
LICINIA · T · L · ELEVTHERIS

Recognovit Dressel, quod extat. Delfico p. 133. Henzen 7119.

Quae non vidit Dressel, dedi inclinatis.